nisi etiam in allata ratione eandem confidentiam , ne dicam impudentiam, animadverteremus : Nam ubinam occurunt in medium adducta universalia , à quibus hæc omnia dependent : quisnam nos ea monstrabit ? An omnia illa ex Veteri Testamento allata loca runt illa universalia , à quibus omnia , respectu Novi Testamenti , dependent? & an hæc horum dependentia adeo omnibus perspicua sit, ut sine ulla ejus indicatione atque demonstratione potestatem quis natus sit , ad talem universalem formandam decisionem , vel tam magni momenti dogma determinandum ? Sane hæc dici queunt quoniam in præcedentibus vidimus , *Christum de mente mente cum Deo communicavisse* : Unde certiores simus , Deum ad Christi principia non accommodasse ; ac propterea etiam , ut hoc non leve inter Christum , ac præcedentes Prophetas discrimen , plane ejusmodi sequela tollitur : ita ut omnia illa adducta a nullo modo tanquam universalia spectari queant. Quod etiam pro duo illa Novi Testamenti loca , quæ in hac dissertatione tam exempla prolata fuerunt , ut universalia considerari nequeant , non tantum colligi potest ex iis , quæ jam circa ea indicavimus ; sed etiam ex eo , quod natura universalitatis requirat , ut ea particularia seu individua in ea includantur : nam hac ratio quid duntaxat universale est , vel potius hæc est formalis ratio universalitatis , ut particularia sub ea comprehendantur ; quemadmodum è contra formalis ratio particularitatis est , quod tangentia singulari seu individuæ competit , atque propria sit , aut ei solummodo applicari possit , quæ propterea sub universalibus netur. Si itaque omnibus Novi Testamenti locis , propter quod , id quod in iisdem reperitur attribui atque applicari posse runt etiam eadem universalia , nequaquam autem alio respondeatur . Atque hoc ut pateat , hæc consideratu dignæ consequentiæ tur , & illico dijudicari poterit , utrum eadem universalia in verò secus : Christus , quando de Diabolis locutus fuit , principia Pharisæorum accommodavit ; Ergo , quando Christus remissione peccatorum , de resurrectione mortuorum , æternam & similibus cum iis aut cum aliis sermonem habetiam se ad ipsorum principia accommodavit : Et rursus , quan-

Jam quidem prædictis quædam circa CAP. XI. annotata annexeremus ; sed quoniam Lectoribus lassitudinem molestiamque creare velle videremur , si eos moraremur , multumque operæ poneremus in talibus nihil ad rem facientibus rationibus refutandis , cuiusmodi quicquid hoc XI. Capite continetur existimandum est , quoniam cuilibet insipienti absque adhibita confutatione omnino manifestum atque apertum evadit , nihil plane quæstionis obesse vel prodesse , Utrum nempe Apostoli Iesu Christi tanquam Prophetæ , an vero tanquam Doctores , munus suum obierint : Proinde absolute concludimus , omnia hæc prædicta Capita , ad duodecimum usque , utpote in quo initium sumit tractatio ejus , de quo primum egimus , & a quo totam de Religione controversiæ decisionem dependere , antea ex ipso nostro Authore intellectimus , nihil prorsus ponderis addere hujus vel ejusmodi Religionis determinationi : Et quoniam nullam aliam ob causam ad examen horum Capitum nos accinximus , quam ob magnam infirmitatem debilitatemque dissertationis CAP. XIIII. contentæ , cui tanquam fundamento Philosophus noster decisionem determinationemque Religionis super imposuit , jure acquiescimus , omnes ex parte rei satisfactum putamus , utpote qui sufficienter cœlitatem omnium harum Dissertationum indicavimus , atque obulos posuimus .

Si itaque in ante dictis luce meridiana clarius ostendimus , omnes dissertationes , vel extra rhombum , vel nullarum virium ; facillime nunc ex earum infirmitate atque debilitate deducimus , quale de iis , quæ CAP. XIV. pertractantur , jument ferendum sit ; quoniam in eo , consequenter ex veritate et firmitate omnium harum Dissertationum , dogmata fidei universalia , vel S. Scripturæ fundamentalia determinantur : Nemomnes illas determinationes esse futilles atque frivolas , & consequenter omni ex parte incertum relinquimus , quomodo unita fidei dogmata , vel S. Scripturæ fundamentalia determinentur : & num per consequens Theologia à Philosophia separata sit , anvero secus .

lant, se a morte naturali resurrecturos: Perpendamus, quam signi-  
ficanter & quanto zelo Apostolus ibi loquatur: *Si resurrectio mortu-  
um non est, ne Christus, inquit, resurrexit. Quod si Christus non  
surrexit, inanis videlicet est praedicatio nostra; inanis autem est Es-  
tus nostra: Reperimus autem & falsi testes Dei, quoniam testificati sumus  
Deo, quod excitataverit Christum, quem non excitavit, si videlicet  
mortui non resurgent. & rursus inferius, si mortui non resurgent, eda-  
& bibamus, cras enim moriemur.*

Omnino, meo judicio, data opera cæcus est, vel prorsus omni-  
et intelligentia, qui hunc allatum locum contemplans, anima-  
tere nequit, in eo tanquam veritatem doceri, Christum à mor-  
tuis resurrexisse, &, tanquam verissimum dogma, quod a Dei de-  
to dependet, tradi, omnes fideles à mortuis resurrecturos. Imo  
o, qui, ut decet, intendere animum volet in eo, quod hoc in  
proponitur, procul omni dubio comperiet, illum studio &  
ita opera adversus hunc Philosophum adornatum esse; Affir-  
enim noster Philosophus audacter, nihil in S. Literis intendit,  
quam obedientiam docere atque promovere, eumque in  
m ab omnibus hominibus nullas alias exigi cognitiones, pra-  
uam Divinæ justitiae atque Charitatis: Hoc autem in loco evi-  
tius, quam res exigit, apparet, Apostolum velle, ut, tan-  
q; veritatem, credamus, mortuos esse resurrecturos; nec  
ut pro certo habeamus, omnem obedientiam plane infructuo-  
atque frustaneam esse, si mortui non resurgent, edamus,  
& bibamus, cras enim moriemur. Unde clare atque distin-  
nimadvertere licet, Apostolum obedientiam non voluisse  
overe, nisi solummodo vi veritatis, atque ex veris funda-  
tis. Sane si Author noster, quoniam ex autoritate S. Scrip-  
tissimæ voluit, hæc atque his similia examinasset loca, at-  
tendisset, quomodo ex S. Scriptura, in se sola spectata, abs-  
i jam sæpius memorati fundamenti Philosophici intermix-  
, posset probare atque demonstrare, quemadmodum  
crepat, hæc omnia, nempe, quæ allato capite continen-  
tia jam jam ex eo notavimus, esse accommodata ad captum  
ceptasque hominum opiniones, & disposita, ut vulgus  
E 2 tan-

primam instituit, ut naturam constitutionemque Legis Divinæ explicaret: hunc enim in modum sonant ejus verba Pagina 45. Per Legem Divinam intelligo rationem vivendi, quæ solum summum bonum, hoc est, Dei veram cognitionem, & amorem spectat: Ratio, cur hanc Legem voco Divinam, est propter summi boni naturam, quam hic paucis & quam clare potero, jam ostendam. Tertia autem Dissertatione ostendere nititur, quid S. Scriptura de Lumine naturali, & Lege naturali, doceat, ut Pagina 48. dicitur. Attamen, quamvis hanc rationem has Dissertationes quidem prætermittere possemus, existimamus nihilominus necessarium esse, ut ostendatur, iis nullum inesse vim, ad illos, ad quos collimant, scopos feriendos. tenim si Philosophus noster in prima probet, sicut contendit, rerum naturalium cognitione notitiam Dei, atque adeo summum nostrum bonum consistere, & consequenter Divinæ le- s observantiam sitam esse in iis rebus agendis atque exsequendis, & nos ad rerum naturalium ducunt cognitionem, & si in tertia re demonstret, quemadmodum ipsius est scopus, S. Lite- docere, præmium vel fructum legis in cognitione natura- ipsiusque pñnam in ignorantia vel in privatione naturalis no- & consistere; fatendum utique est, etiam per illas omnem pro- dictam Deo obligationem, quæ aliquod supernaturale præ- sum aut pœnam respicit, plane tolli atque annihilari: Ac idcir- tiam has dissertationes examinabimus atque refutabimus. Quoniam autem Philosophus noster in tertia demonstrare contendit, scripturam proprie docere, eum in modum cum Lumine & naturali esse comparatum, ut in prima proposuit atque expli- cavit, duas illas post se invicem prius ad examen revocabimus, postea in naturam secundæ inquiremus, utpote quæ genuinum ium fundamentum comprehendit.

igitur incipit, Pag. 45. Cum melior pars nostri sit intellectus, est, si nostrum utile revera querere velimus, nos supra omnia conari, ut cum quantum fieri potest perficiamus, in ejus enim per- e summum nostrum bonum consistere debet.

c autem dissertationis exordium, utpote veritati consen- in totum à nobis conceditur: unde cum Authore pergimus.

ter Philosophus ipso in limine hallucinetur, neque firmum atque  
ufficiens suæ conclusioni, cui reliqua superædificat, fundamen-  
tum posuerit atque substraverit.

Atque hoc præterea exinde magis appetet quod ulterius proce-  
mus, atque etiam assérimus, illud ipsum, quod suæ conclu-  
sionis præmisit Author, falsum esse, videlicet, omniem nostram cognitio-  
nem atque certitudinem, quæ revera omne dubium tollit, a sola Dei cog-  
itione dependere.

Ut autem hanc nostram assertionem adstruamus atque probe-  
mus, unicum tantum ex CAP. VI. allegamus atque producimus  
um in quo Philosophus noster, immemor, ut videtur, ejus,  
id hic tanquam fundamentum posuerat; è diametro contra-  
n affirmat, idque tanquam solidam certissimamque veritatem  
lenter ab oculis ponit. Eo loci illum pag. 70. sequentibus ver-  
iunc in modum dissentantem, & rationi convenienter ratioci-  
nem audimus. *Cum Dei existentia non sit per se nota, debet necessario  
udi ex notionibus, quarum veritas adeo firma atque inconcussa sit, ut  
dari neque concipi possit potentia, a qua possint immutari: nobis sal-  
ib[us] eo tempore, quo ex iis Dei existentiam concludimus, ita appa-  
rebit, si ex ipsis eam extra omnem dubitationis aleam concludere  
possimus: Nam si possemus concipere ipsas notiones ab aliqua potentia,  
mque demum ea fuerit, mutari posse, tum de earum veritate du-  
nus, & consequenter etiam de nostra conclusione, nempe de Dei  
existentiâ, nec de illa re, unquam poterimus esse certi.*

ratione procul omni dubio affirmatur, quādam  
notiones certissime, vel per se cognitas esse debere, prius  
ipsa Dei existentia, cognosci queat; Unde porro conse-  
cuitur, ejusmodi notiones, nec non certitudinem, quæ illis in-  
bet non a Dei cognitione, sed econtra cognitionem Dei ab  
notionibus dependere. Atque hinc porro perspicuum fit,  
sum istud de quo jam nobis sermo est, prorsus falsum at-  
ducum esse, nempe omnem nostram cognitionem, atque  
linens ejus, à sola Dei cognitione dependere.  
vero progrediamur conclusioni, quam concessimus, in-  
i, quamvis totius hujus dissertationis vim atque efficaciam  
jam

es Dei conceptum involvere atque exprimere. At vero hæc vera sic accepta nullo modo admittunt, ut recte atque legitime ex his concludi queat, ergo, quo magis res naturales cognoscimus, eam majorem atque perfectiorem Dei cognitionem acquirimus. Nam in eo, quod præmittitur, hoc sensu accepto, non continetur, res naturales Essentiam Divinam, imo integrum Dei Essentiam, ejusque perfectionem naturalem involvere atque exprimere; sed tantum res naturales existentes formaliter secundum Dei concepsum, em ex libero suo arbitrio formavit, vel eminenter in ejus intellectu atque potentia, quatenus ex sua naturali perfectione ejusmodi determinatos conceptus formare, & suam absolutam potentiam, in operando, ad illos determinatos conceptus accommodare erat, extitisse. Ita ut illæ res naturales, quas non nisi in imm determinatione cognoscimus, nihil aliud præter Dei determinatos conceptus, atque ad ipsos accommodatas operationes relvant atque exprimant. Atque hoc nullam communionem est, cum Divina Essentia, atque ejus perfectione, quoniam in ea naturalis determinatio concipi queat. Atque adeo quia hæc illusio ad Divinam Essentiam respectum habet, consequitur, non legitime, neque debito ordine, ex eo, quod præmis- est, ea, qua diximus significatione accepta, formari atque ci posse: nam ex eo concludi duntaxat potest. Ergo, quo naturales magis cognoscimus, eam nos majorem atque perfecti cognitionem determinatorum Dei conceptuum, & determinatarum, vel ad eos accommodatarum operationum acquire: quod profecto aliud quid est, quam cognitio Divina. Et hoc est, absolutarum ejus perfectionum.

jam ita consideratis circa significationem verborum, secundum illa à me admittuntur atque conceduntur, reliquum ex ipsa conclusione indagamus atque deducamus, quo ioster Philosophus ista verba acceperit atque intellexerit, ruit res ipsa requirebat, saltem accipere atque intelligere it: nam hoc modo ulterius inquirere atque perpendere potest, num firmo subaixus fundamento, an vero securus, sic loquerit.

Et consequenter etiam omnia reliqua, quae de Lege Divina, ex lumine naturali, proponit, plane futilia atque nullius sunt ponderis, quoniam unice innituntur illi fundamento, nempe res naturales Dei essentiam involvere atque exprimere, vel ex illa zeterna necessitate emanare: Nam cum ait, *Atque adeo tota nostra cognitionis, hoc est, summum nostrum bonum, non tantum a Dei cognitione dependet; sed in eadem omnino consistit:* Et ultius, *Adeoque ille necessario perfectissimus est, & de summa beatitudine maxime participat, qui Dei, Entis nimirum perfectissimi, intellectualem cognitionem supra omnia amat, eademque maxime delectatur.* *Hic itaque nostrum summum bonum, nostraque beatitudo redit, in cognitionem scilicet & amorem Dei;* tales rationes, quoniam ex precedenti fundamento superstructae considerari debent, non aliter intelligenda veniunt, quam quod significant, summum bonum summamque beatitudinem in cognitione & amore rerum naturalium sicari esse: Nam Philosophus noster, quemadmodum antea vidimus, nullo alio fundamento conclusit summum nostrum bonum, supremamque nostram beatitudinem in cognitione Dei consistere, quam quia res naturales Divinam essentiam involvent & exprimant, vel ex eam per aeternam necessitatem emanent: Unde porto consequitur, rerum naturalium cognitionem notitiam Dei involvere; acpterea, cum a nobis ostensum sit, hunc Philosophum, ad hanc sententiam confirmandam, hac in Dissertatione, nullum omnino argumentum adduxisse; hic quoque clare colligi potest, *quia ista sequentia eo usque, ubi inquirere incipit, utrum lumen naturali Deus tanquam Legislator, vel tanquam Dominus princeps suarum actionum considerari potest, nec ne; nullum iurale examen mereri, utpote quae vel vera vel falsa sunt, prout fundamentum vel tanquam verum vel tanquam falsum esse consideratur.* Et quoniam in fundamentum hoc, in memorata Dissertatione, ex lumine naturali demum inquietur, eo usque ad iudicium nostrum de istius Dissertationis, quamjam examinamus, veritate aut falsitate suspendemus, quo usque, circiteram illam Dissertationem, investigaverimus; num Philosophus noster ibi veritatem sui fundamenti bene demonstraverit:

nagnam hujus Philosophi audaciam atque confidentiam miratum  
uisse: quoniam hunc S. Scripturæ locum sic contra expressa Tex-  
us vocabula audeat interpretari; cum non ignoret, suam hanc  
interpretationem Scriptoris intentioni è diametro contrariam ef-  
ficiat. Imo rædet me, cum eo de quibusdam S. Scripturæ locis age-  
t, quia satis manifestum est, ipsum iolummodo S. Scriptura  
lere: & nisi res ipsa, respectu meorum Lectorum, hic refuta-  
nem postularet, ad me quod attinet, hanc profecto Dissertatio-  
nem silentio præteriisse. Sed ad rem: *Adamo*, inquit, *ibi præ-  
videtur, bonum agere & querere sub ratione boni. & non quatenus  
contrarium est malo, hoc est, ut bonum ex amore boni quereret, non au-  
tem ex timore mali:* Cum ipso in textu Genes. 3: 17. expresse dica-  
tur: *Sed de arbore cognitionis boni & mali nequaquam comedes: eo enim  
quo de ea comedederis, morte morieris.*

admiratione dignum est, quare hic Philosophus ista Textus  
a, *eo enim die, quo de ea comedederis, morte morieris*, similiter non  
averit; cur illa non æque ac præcedentia explicuit? Neque enim  
*ipí potest*, ullum hominem, illum locum lectorum qui non  
cogitaret, hic præcipi, bonum agere, & malum fugere  
et pœnæ: cum verba expresse dicant, *eo enim die, quo de ea  
comedederis, morte morieris*: Sane si hoc sic intelligetur, idque in-  
t, quo minus suæ opinioni assensus præbeatur, debuisset  
sto, ne hoc accideret, pro virili parte operam dedisse: De-  
bet proposuisse quo modo præceptum, quo prosecutio boni &  
mali ex metu pœnæ præcipitur, constituendum sit; atque inde  
ostendenda fuisset differentia, quæ est inter præceptum ab-  
erratum, & inter verba modo allegata; per quam diffe-  
nit ulterius demonstrare debuisset, istam adductam Histo-  
riam præcipere, Adamo, ut bonum agat, & malum fugiat  
et pœnæ: Nam hac ratione rem debite tractasset, ac fors-  
tinæ in suam sententiam pertraxisset. At jam sine dubio  
abitur hoc silentio transiisse, quoniam ist hæc verba nimis  
er suæ opinionis falsitatem indicent. Et sane e diametro  
rationi contrarium ex iis solide probari potest: Nam quem,  
in finem hæc addita sunt? Quisnam fuit Legislatoris sco-  
pus?

telligere; si enim bonum non egeris & malum vitaveris, poenam feres. Ac propterea habent verba hæc unam eandemque vim, sive tanquam in Parabola, sive tanquam in simplici narratione atque Historia accipiuntur.

Quod porro ad illa, quæ ex Proverbiorum Salomonis libro in medium adducere voluit noster Philosophus, loca attinet, de iis minime inficias ibimus, Salomonem Intellectus & sapientiae fructum permagni estimare, & multis laudibus efferre; Atque è contrario Stultitiam, & quæ eam consequantur, maxime vituperare, nec non indicare aliquam poenam consistere in stultitia, vel in eo quod stultitiam directe consequitur. Neque etiam crediderim sapientiam in propria sua natura infructuosam esse: sed puto unumquemque pronuntiaturum eam multis bonis fructibus abundare, eamque propter se ipsam amore dignam esse: eam quoque nos docere, quomodo vita nostra instituenda sit, ut nos optimo modo conservemus. Hec omnia, inquam, nullus negaverit: t applicationem nostri Philosophi ex veritate esse factam, secundum horum locorum naturam, à me pernegatur: Illa igitur ad extensionem revocemus.

Pagina 50. de loco Proverbiorum Salomonis, qui CAP. 2. vers 10 habetur, loquitur noster Philosophus hunc in modum. Quibus verbis clarissime indicat, Quod sola sapientia sive intellectus nostrum erat, Deum sapienter timere, hoc est, vera religione colere. Deinde et, sapientiam ex Dei ore fluere, Deumque illum dare, quod quidem scientiam supra ostendimus, nempe, quod noster intellectus, nostraque sciens à sola Dei idea sive cognitione pendeat, oriatur & perficiatur. Hanc applicationem, inquam, secundum veritatem esse, à me continxit: Quando enim rursus consideramus, quomodo Philosophus noster in præcedenti sua Dissertatione intellexerit, nostrum intellectum nostramque scientiam à sola Dei idea sive cognitione pen- oriri atque perfici; evidentissime percipere poterimus, hanc cognitionem nulli prorsus fundamento subnixam esse. illa Dissertatione primo ostendere voluit omnem nostram cognitionem certitudinemque (nempe circa omnia naturalia) cognitione vel idea dependere. Secundo omnes ejus conatus-

amin ejus applicatione comprehenditur sublatio omnis proprie  
tate providentiae atque gubernationis, aut remunerationis & pu-  
nitionis Dei; cum nec præmium nec poenam agnoscat; secundum  
mam suam Dissertationem, utpote quæ solummodo ex scientia  
ignorantia directe profluunt, atque emanantur. quia præmium  
is Divinæ ipsa lex est, & poena privatio scientie, quemadmo-  
dum supra audivimus atque indicavimus. Cum è contrario clare  
eamus, Salomonem loqui de Dei directione & providentia,  
non de remuneratione & punitione eorum, qui ipsum ti-  
cunt: Hunc enim in modum ipsum loquentem audimus, imme-  
diante ea verba, quæ noster Philosophus ex 3. CAP. adduxit,  
9, 10, 11, 12. *Honora Jehovam de substantia tua, & de præcipuo  
proventu tui: Ita implebuntur horrea tua (NB.) saturitate,  
usq[ue] lacus torcularii tui perrumpent. Eruditorem Jehovæ, filium  
renito, neque tædeat te correctionis ejus: Nam quem diligit Jehova  
corrigit, & quidem ut pater filium, cui bene vult.*

quibus verbis animadverte licet Salomonem loqui, de  
di quadam remuneratione Dei, nec non de singulari quadam  
directione. Sed inferius vers 25, 26. ejus verba sonant in sequen-  
tiudum 3. *Ne timeto pavore repentina, & a vastatione improborum,  
eniat: Nam Jehova aderit fiducie tua, & servabit pedem tuam  
ra. Et adhuc significantius loquitur vers 32, 33, 34. inquisi-*  
*Nam abominationi est Jehovæ præfractus: apud rectos autem arca-  
us est Exsæcratio Jehovæ incumbit domini. imprabi; habitaculum  
benedicatur. Quandoquidem derisores ipse deridet, mansuetis au-  
gratiam.*

uibus omnibus locis, meo quidem judicio, luce meridia-  
ni videmus, Salomonem loqui de speciali directione  
scientia, remuneratione & punitione Dei: quæ omnia direc-  
toria sunt iis, quæ in prima sua Dissertatione conatus fuit  
re noster Philosophus, nempe res naturales Dei concep-  
tæ consequenter ejus essentiam atque perfectionem involu-  
re exprimere: unde etiam omnia faro & naturalium cau-  
oncatenatione, secundum æternas Principii necessitatib  
terminantur & diriguntur: Quocirca quoque consequen-  
G ces

Ulterius ait Philosophus noster, nullo modo locum Pauli, in Epistola ad Romanos Cap. I. prætereundum esse, quasi ille de hac re plene persuadeat, ac perfecte doceat id, quod noster Philosophus secundum primam suam Dissertationem, per S. Scripturam probare voluerit. Accurate ideo locum illum expendamus. Ait Apostolus vers. 20. *Occulta enim Dei a fundamentis mundi in creaturis suis per intellectum conspicuntur, & virtus & divinitas ejus, quæ est in æternum, adeo ut sint sine effugio. Ad quæ verba hæc habet noster Philosophus. Quibus satis clare indicat unumquemque lumine naturali clare intelligere Dei virtutem, & æternam divinitatem, ex qua cire & deducere possunt, quid iis querendum, quid fugiendum sit, deoque concludit omnes sine effugio esse, nec ignorantia excusari posse. Quod profecto possent, si de lumine supranaturali loqueretur, & de carnalitate Christi, & resurrectione, &c. Hac autem nostri Philosophi explicatio ipsi à me huc usque in totum conceditur, utpote verbis congruens atque consentiens: sed attendamus ad ea, quæ subjunctum: Et ideo paulo infra vers. 24. sic pergit. Propter hoc tradidit eos Deus in concupiscentias immundas cordis eorum, &c. Usque ad eum capitum, quibus virtus ignorantiae describitur, ea quæ tanquam ignorantiae supplicia enarrat. Postremum hoc absolute à me negatur, nem-Paulum ea, quæ sub finem predicti Capitis habentur, describere, tanquam ignorantiae supplicia, idque quatenus necessario ut naturaliter ex ignorantia oriuntur: Verba enim clare indi-ct, Paulum ea enumerare tanquam causas, propter quas Dei eam subierint: hunc enim in modum loquitur vers. 28. Et sicut visum est eis Deum in notitia retinere, ita tradidit eos Deus in mentem omnis judicii expertem, ut facerent, quæ minime conveniebant: Op-(NB.) omni iniustitia, malitia, scortatione, improbitate, &c. Verba clare indicant, quod opulentum esse omni iniustitia, malitia, &c. proveniens ex non retinendo in notitia Deum Creatum, causa fuerit, ob quam Deus eos tradiderit in mentem omnis judicii expertem, ut facerent, quæ minime conveniebat, nem-Paulum, quæ præter naturam sunt, ut quod mares ac feminæ nam-um usum mutent in eum qui est præter naturam &c. Atque explicatio manifeste mihi videtur cum verbis & scopo Apo-*

nisse, ac eos præpostero ordine, ac multarum rerum disconvenien-  
tum confusione atque permixtione ita perturbare, ut ab una parte  
eligionem viderent profanatam, imo annihilatam, & ab altera par-  
se in epros sentirent, qui hanc mentis perturbationē dispellerent;  
ita aliquando occasio sibi daretur, ex hac confusione, per sua Phi-  
losophica fundamenta, majori claritate ad omnis Religionis eversio-  
nem proposita, utilitatem captandi, commodisque suis consulendi.  
ed his missis, existimamus nos evidenter jam ostendisse, nostrum  
philosophum nequaquam ex scriptura probasse, ipsam cum ejus  
nionibus & dictaminibus, de Lumine & Lege naturali, conveni-  
tque consentire. Unde quoque jam merito nos conferimus ad  
mam Dissertationem, quz hujus Capitis secunda est, quæque  
lamentum omnium ejus profanarum Thesum continet, ut cu-  
fficacie atque roboris ea sit existimanda exploremus.

agina 48. disserit Author noster hunc in modum. *His sic nota-*  
*inquirendum jam est, num lumine naturali concipere possumus, Deum*  
*i legislatorem, aut principem, leges hominibus præscribentem. At*  
*hujus rationem ut explicet atque aperiat, paucis interjectis,*  
*erbis exordituic.*

*od circa primum statuendum sit facile deducitur ex natura voluntatis*  
*quæ à Dei intellectu non nisi respectu nostræ rationis distinguitur,*  
*Dei voluntas & Dei intellectus in se revera unum & idem sunt;*  
*stinguntur, nisi respectu nostrarum cogitationum, quas de Dei in-*  
*u formamus, exempli gratia, cum ad hoc tantum attendimus,*  
*natura Trianguli in natura Divina ab æterno continetur, tanquam*  
*veritas, tum dicimus, Deum Trianguli ideam habere, sive na-*  
*Trianguli intelligere; sed cum postea ad hoc attendimus, quod na-*  
*trianguli, sic in natura Divina continetur, ex sola necessitate Divinæ*  
*& non ex necessitate essentiæ & naturæ Trianguli, imo quod necessi-*  
*tia & proprietatum Trianguli, quatenus etiam ut æternæ veritates*  
*intur, à sola necessitate Divinæ naturæ & intellectus pendeat, &*  
*natura Trianguli, tum id ipsum, quod Dei intellectum vocavimus,*  
*unitatem sive decretum appellamus. Quare respectu Dei unum &*  
*firmamus, cum dicimus Deum ab æterno decreuisse tres angulos*  
*li & quales esse duobus rectis, vel Deum hoc ipsum intellexisse. Un-*

*Tractatus Theologico-Politici.*

hita reperiuntur, ex quibus suam conclusionem deducunt. Non  
evi profecto dignum est admiratione, nihil eorum ullibi conspicili,  
c a principio ad finem usque nill nisi ejus temeraria atque audacia  
bruti dictamina, quibus pro authoritate asserit, & quidem fa-  
s confuse, Dei voluntatem & Dei intellectum in se revera unum et  
sem esse; nec distinguiri, nisi respectu nostrarum cogitationum, vel nostre  
tionis: ipsum intelligere ab intellectu, & ipsum velle à volunta-  
minime distinguendo, tanquam si hæc non nisi utrum ac idem  
rent. Quo nos tantum totius questionis iater ipsum & Christiana  
controversia determinatur ac deciditur, & illi machina paratur,  
o omnem illorum religionem, ut quidem putat, diruat atque  
jicit; sed etiam res ipsa adeo confusa atque perturbata reddi-  
, ut nullum alium in finem excogitatum videtur, quam ad  
lorum animos perturbandos atque obstupefaciendos. Etenim  
pactio res magis confundi atque inverti potest, quam si sermo-  
natur de intellectu, de voluntate, de intelligere & vel-  
ac de omnibus his promiscue, quemodmodum inter se in al-  
ta ratiocinatione permixta reperiuntur, sine ulla adhibita di-  
tione, aut etiam probatione, quahæc minime distingui de-  
, ostendatur? Sane nimis inordinate ac præpostere hoc in ne-  
proceditur, & quidem circa ipsum fundementum, quod  
ceteris accurate tractatione, & exacta consideratione dig-  
.

Quisnam autem est, cui non persuasum & fixum in animo  
hunc Philosophum nostrum, cum omnem propriæ dictam  
ionem subvertere sibi propositum haberet, summa pruden-  
tia exactitudine uti debuisse, in fundamento suo, cui om-  
nieantur, ponendo atque jaciendo? Evenia affectabilitne quis  
is Philosophis atque Christianis omnibus sapientior videri?  
Inabilius è diametro omnia illorum fundamenta? deride-  
tam sepe in suo Tractatu Christianos, tanquam si nullo fere  
e atque intellectu prædicti forent? & interim tam temere,  
verilicer, ac quasi fere omnian ignorans, se geset? Pro-  
cessus tantum Philosophum minime decent, imo ipsi summa  
nominis.

Præ-

ad hoc attendimus, quod natura Trianguli sic in natura Divina continetur ex sola necessitate divinæ naturæ, & non ex necessitate essentiæ & naturæ Trianguli; imo quod necessitas essentiæ & proprietatum Trianguli, quatenus etiam ut æternæ veritates concipiuntur, à sola necessitate divinæ naturæ & intellectus pendeat, et non ex natura Trianguli, cum id ipsum Dei voluntatem frue decretum appellamus. Exacte, inquam accurateque perpendamus, num aliquod discrimen in his, etiam spectu nostrarum cogitationum animadvertere licet: Me quod tinet, nullum in iis discrimen reperire possum. Nam in primo membro solummodo ac simpliciter indicatur, Deum naturam Trianguli intelligere: in altero vero duntaxat superadditur, Deum naturam Trianguli intelligere ex necessitate propriæ naturæ, & in ex necessitate naturæ Trianguli: Unde porro palam est, secundum hoc membrum non aliter, quam tantum veluti explicationem primi, debere considerari, nempe quod à Divinum intelligere Trianguli duntaxat resultet ex necessitate Divinæ naturæ ita ut in utroque ab intellectu Dei, vel ut clarius loquar à intelligere Dei non recedatur, cum neutrum communionem habet, cum eo quod ego à velle Dei, vel Divinas volitiones voco. In imo, id, quod subsequitur, & cui quis maximam vim in posset existimare, nempe, quod natura Trianguli, quatenus ut ma veritas concipitur, à sola necessitate Divinæ naturæ, & non ex terra ipsius Trianguli pendeat, nullam omnino communionem habum eo, quod à velle Dei appello: Sed eo nihil aliud, ut ego em interpretor, significatur, quam quod natura Trianguli, enus tanquam æterna veritas concipitur, à naturali intelligere Dei dependeat.

Inc autem clare perspicere licet in tota hæc ratiocinatione nemam quidem vim atque efficaciam ad probandum atque condendum, à Dei intelligere atque velle unum & idem esse, occurrere, sed solam explicationem, quid nempe noster Phihus Dei intelligere & Dei velle nominet; quibus appellatio- & nostras æquali loco atque ordine opposuimus, ut sic evi- & ob oculos poneremus, quam leviter, & absque firmo nexu

phic Thesios paulo magis ventilare , ut hujusce Tractatus natura aliquanto clarius detegatur , simulque omni ex parte , & ejus confusionem , & quod per se ipsum refutari queat, evidenter ob oculos ponamus. Verum enimvero apprime hic considerari volumus, scopum nostrum in sequentibus nequaquam esse , ut opinionem & sententiam , quam de Deo Deique natura sovet noster Philosophus , ex professo confutemus. Ratio est , Quia Authoris sententia hoc in Tractatu non probatur neque demonstratur ; unde consequenter ejus argumenta atque rationes quas sibi reservavit, neque dilui neque refelli queunt : At hanc ob causam nobis, quoniam non alium scopum , quam hujus libri confutationem , nobis præfixerimus , sufficerit , Authoris sententiam , per ea , quæ in proprio ejus Tractatu reperiuntur , confutasse acque evertisse.

Ut igitur hac in re debito ordine & firmo talo procedamus, prium , & ante omnia status Quæstionis recte determinandus vet. Etenim , quamvis recte dicatur , totius Quæstionis cardin in eo versari , Utrum Deus tanquam Legislator , ac tanquam inceps suarum actionum considerari possit , cuius Negativam philosophus noster , & nos affirmativam partem tuemur : Nihil minus tamen circa hanc Quæstionem , vel circa diversitatem opinionum , quas de ea habemus , investigandum venit , atque piciendum , Num Quæstio hæc ultimum contineat fundamen , an vero ad ulterius progredi queamus , ex cuius veritate jum circa eam ferendum sit , quænam disceptantium pars veri consentiat , & quænam ab ea discrepet. Certum enim est sem scire atque temere disputari , dummodo ad insimum fundatum à quo reliqua omnia dependent , non descendatur. uoniam vero Philosophus noster suæ opinionis atque sententiatem voluit probare atque deducere ex consideratione quod Dei voluntas & Dei intellectus unum & idem sint , non quendo intellectum ab intellectione seu intelligere , nec tantem à volitione seu velle ; dicimus , hæc , ita confuse ebere & considerari. Non enim Quæstio nostra in eo sita est , Dei intellectus & Dei voluntas unum & idem sint : Nam a ceditur unam eandemque realitatem & divinum intellectum

ceps suarum actionum. Ac proinde tantum in hoc prenotato omnis nostra questio consistit atque posita est.

Quemadmodū igitur clare distincteque deteximus, quid sit quod Deum proprie reddat atque constituat Dominum atque principem suarum actionum, aut etiam non reddat atque constituat, vide-licet, unitas aut diversitas suarum actionum: & quoniam consequenter hac in questione ab una atque altera parte nulla argumen-ta formari queant, nisi eum in finem, ut iis duntaxat vel uni-tas vel diversitas illarum actionum stabiiliatur: sic etiam eo, quo res exigit, modo nostra argumenta, circa hoc postremum, facere aut formare nequimus, nisi prius bene distinguamus, an nempe hoc postremum primum atque unicum principium sit, circa quod argumenta formari atque versari debeant; an vero natura atque conditio, hoc est, unitas aut diversitas diuinorum actionum cog-osci debeat per aliud quid, quod jam antea probandum veniat. Enim si hoc nobis non debite dignoscatur, facile contingeret, nostra argumenta tali fundamento superstructa fore, quod à nostro philosopho negari posset, pér quam negationem omnia à nobis ducta argumenta invalida fierent atque pro talibus haberentur: Ac propterea per necessarium est ut hoc prius bene recteque noscatur: & si hac methodo comperiemus, hanc postremam essein principium non esse, eandem ab rationem necesse habebi-um: eadē methodo progredi, quoisque tandem verum atque cum principium offendamus, circa quod nostra argumenta uti-que cum fructu formari atque versari queant.

Et igitur hic bene distinguamus, notamus primo id quod jam itavimus, nempe per unitatem Divinarum actionum signi-que, quod Deus non aliter operatur, quam duntaxat quatenus sit, vel tantum ex necessitate sua existentis essentiaz: & ab al-arte per diversitatem ejus actionum denotari, quod Deus tantum operatur ex necessitate sua existentis essentiaz vel qua-existit, sed etiam quatenus ex libero suo arbitrio vult aut non operari, & hoc aut illo modo operari.

Nic itaque ulterius progredimur dicimusque omnes operatio-nes omnem actuositatem, quæ in aliquo Ente ex vi naturæ i-

quod ex deliberatione & consulo operatur, requirit, secundum quam memorata existens natura, tanquam Effectus spectari deberet, ens extra naturam, videlicet Dominum ac Principem suarum actionum constitueret Deum: Neque enim hic Tertium datur, quoniam cognitum atque perspectum est, Naturam existere, cum per ius existentiam tertium plane tollatur.

Hinc itaque clare distincteque perspicimus, quod omnia mea argumenta, quæ à natura desumpsisem, vel in natura, instar effectus considerata, fundasset, ut adversus hunc Philosophum problem, Ens quod extra naturam existit, & Deus est, deliberato insilio operari, vel Dominum ac Principem suarum actionum esse, plane frustra atque vana fuissent; quoniam ex differentia strarum Thesum, in tota Dei essentia differimus. Unde conuenter totius nostræ disputationis fundamentum in sapientiam memorata natura positum est, & quidem hoc respectu, Utrum ipse ea effectus sit, an vero secus. Nam ab una parte si non sit effectus, illa Deus est, idque necessario sequitur; & ab altera si sit effectus extra se causam requirit, quæ illam consulo atque libere luxerit. Ita ut totius nostræ Questionis cardo in hoc unico sit; utrum nempe natura sit effectus, nec ne? Atque adeo est unicum principium & argumentum Questionis, quoniam & persuasi sumus atque certi, existentiam Naturæ per se cognoscere; Unde etiam altius aliud fundamentum investigare non natus, sed hic pedem figere sufficit.

Namvis autem jam ex natura Thesios Authoris fatis evidenterimus, ab ipso Naturam pro Deo agnoscere, atque habentiam unitas seu identitas Divinarum Actionum hoc res, nostra deductio solummodo innitens nostri Philosophi denominationibus, quibus Dei intellectum & voluntatis placuit exprimere, utendo nempe nominibus volitionis & decretorum, ut & affirmationum & negationum, quæ denominations in Deo proprie dictas Actiones videntur esse, vel faltem denotare deberent: Attamen jam idem ex propriis descriptionibus clare ob oculos ponemus.

Prae-

deo concipiendas esse & consequenter , etiam in rerum natura  
ullas plane actiones concipi posse. Etenim si in Deo nullæ actio-  
es concipi queant , etiam nulla potest concipi creatio ; si nulla  
concipi potest creatio , nulli etiam in rerum natura sunt effectus ;  
nulli reperiuntur effectus , etiam consequenter in rerum natura  
illæ sunt actiones: Ex quibus etiam porro sequetur , omnes diffe-  
rentias , vel omnes differentes essentias , quæ in rerum natura occur-  
rit , nihil aliud esse , quam solummodo Divinæ essentiæ modifi-  
cationes , quæ per æternam necessitatem à Dei natura emanant :  
sic prædicta natura , quam existere cognitum est , ipsa est Deus ,  
od hic legitime concludere intendebamus.

Tametsi verò consequentiæ , per quas jam , duobus præce-  
tibus modis , ostendimus , Authorem nostrum prædictam  
iram , tanquam Deum , considerare , simplices & in prompt-  
uus , ita ut Philosophus noster ipse nequaquam inficias iturus  
s recte atque solide esse ostensum , se cognitam Naturam pro  
habere atque agnoscere: Nihilominus , quibusdam locis , ex  
Tractatu adductis , ostendemus , ipsum , congruenter his con-  
entiis , naturam pro Deo , & singulares rerum essentias , tan-  
q; Divinæ essentiæ modificationes , quæ necessario ex Divina  
ra emanant , agnoscere atque considerare.

Uod ad primum attinet in prioris Capitis iv. Dissertationis  
ine vidimus , Philosophum nostrum eo loci ostendere cona-  
do , quò res naturales magis cognoscuntur , eo majorem etiam  
otitiam haberi: idque ideo quod res naturales Dei essentiam  
vunt atque exprimunt , vel quod essentiæ rerum naturalium ,  
ternam necessitatem , ex Dei essentia vel ex Dei natura ema-  
ibi enim ostendimus , quod , si alterutro præcedentium  
rum ut istiusillationis fundamentum non consideretur , in ea  
nulla reperiatur sequela.

Ina 69. hunc in modum ipsum audimus dissertantem , *Quod  
n potest naturæ sit ipsa divina potentia & virtus: divina autem  
sit ipsissima Dei essentia: & paulum inferius , Nam cum virtus  
teria naturæ sit ipsa Dei virtus & potentia , leges autem & regulæ  
ipsa Dei decreta , omnino credendum est , potentiam naturæ infi-*

Priusquam verò hæc debite ve' cum fructu indicate queamvis, necessarium est, bene distincteque percipere, quo modo natura, si sit Deus, nobis cogitanda atque consideranda, vel quisnam conceptus de ea faciendus sit; ut vis considerationum, ex ea de-sumptarum, recte atque firmo fundamento applicetur: Si enim ignoremus, quomodo naturam, si sit Deus, considerare debeamus, erimus quoque inepti, non tantum ad considerationes illas, respectu hujus Tractatus, sed etiam ad confutationem hujus The-sios bene percipiendas atque intelligendas.

Non ducimus consultum, ex ipso duntaxat nostri Philosophi Tractatu, prædictas considerationes haurire atque proponere: ratiō est, quia ejusmodi inniti fulcris, quæ levissimo negotio dis-jici, aut tam ruinosis super ædificare nolumus fundamentis, quæ vel minima vocabulorum contorsione everti possent. Sed latius existimamus, primò more Geometris usitato, ex definitionibus, nempe, Axiomat̄is atque Postulatis demonstrare, quomodo Na-tura consideranda sit: ac postea ostendere, quemadmodum Au-hor noster Librum suum, maximā partē, etiam eo funda-mento, attamen implicite, imposuisse videatur.

## P O S T U L A T U M.

**E**titur, ut Lector hac in Disceptatio-ne, seu circa hanc Demonstrationem, sibi semper ob oculos ponat, ac memoria bene retineat, hic tantum supponi, & n̄ ut verum concedi, Naturam esse Deum; ne in perceptioni-s suis, respectu subsequentis demonstratiohis, super hoc suppo-  
nim unice procedentis, confundatur ac turbetur.

## D E F I N I T I O N E S.

**P**er vocem *Naturæ*, ex supposito quod ea sit Deus, hic loci intelligitur Essentia per se infinita & respectu suorum attri-

in absoluta quadam essentia, profluens ex natura seu essentia Entis absoluti: vel intelligitur essentia aliqua, quæ non est absoluta, sed solummodo determinationem quandam in absoluta aliqua essentia constituit: Ex: gr: Natura vel essentia Trianguli est Modificatio seu determinatio essentia Extensionis.

## A X I O M A T A.

**Q**UOD pertinet ad Essentia alicujus constitutionem, id ipsum ab ea essentia distingui nequit.

I I. Operationes alicujus Entis, quæ ex ipsius essentia emanant et profluunt, ab illius essentia separari non possunt:

*Quia in nostra Deductione, in qua ostendimus, nostrum Philosophum tuere, Naturam esse Deum, demonstratum atque probatum est. Operationes, quæ ex aliqua essentia, quatenus existit, emanant, ab illa essentia separatas non esse, idcirco hoc à nobis hic, tanquam Axioma, situr.*

## P R O P O S I T I O. I.

*Essentia Attributorum Naturæ ab essentia Naturæ non est distincta.*

### D E M O N S T R A T I O.

**U**ia (per Definit. I.) omnes differentes Naturæ Proprietates, seu Attributa, in ejus essentia ad unum rediguntur; ac circa omnes essentia Attributorum Naturæ pertinent ad constitutionem essentia Naturæ; & quia eo pertinent, ideo essentia Attributorum Naturæ (per Axioma I.) ab essentia Naturæ non distincta, q. e. demonst.

## P R O P O S I T I O. II.

*Essentia Attributorum Naturæ est necessariæ existentiæ.*

### D E M O N S T R A T I O.

**O**niam (per Proposit. I.) essentia Attributorum Naturæ ab essentia Naturæ distincta non est, utpote quæ ad istius constitutionem pertinet; & quia (per Definit. I.) existen-

minantur per talem concatenatam operationem ex Principio Necessestatis emanantem; Et ne quis existimat, ab Authore quid excepti, respectu humani intellectus ut pote qui ex natura sua in operando per concatenationem causarum vel operationis Naturae non videtur esse determinatus, præter predictas adhuc unum alium locum expendamus, & de veritate antedictorum nulli dubitare poterimus.

Pagina 44. verba ejus in sequentem sonant modum. Quamvis absolute concedam, omnia ex legibus universalibus Naturæ determinari existendum & operandum certa & determinata ratione, dico tamen, &c. & paucis lineis interpositis; Illa universalis consideratio fato & concatenatione causarum minime nobis inservire potest, &c. quibus locis sermo ipsi est de particularibus hominum actionibus, quas ut possibles, à nobis considerandas esse statuit, quam ex per concatenationem causarum determinentur secundum ternas Naturæ leges. Atque hoc præterea manifestissime videri potest sub initium CAP. XVI. ubi pagina 175. his verbis exorditur. *Ius & institutum Naturæ nihil aliud intelligo, quam regulas naturæ scujusque individui, secundum quas unumquodque naturaliter determinatum concipi possum ad certu modo existendum & operandum.* Et lo inferius, postquam de illa determinatione, ac de hoc jure us locutus fuisset, hæc subnectit. *Nec hic ullam agnoscimus differencem inter homines & reliqua naturæ individua, neque inter hominum prædictos & alios, qui veram rationem ignorant, neque intuitus, delirantes & sanos.* Quicquid enim unaquaque res ex legi naturæ agit, id summo jure agit, nimirum quia agit, prout ex ea determinata est, nec aliud potest.

Ex his igitur locis tam clare, ut sufficiat, videre est, nostrum Sophum, omnia, quæ naturæ ambitu continentur, determinata considerare atque statuere, eumque concipere illam determinationem ex naturalium causarum concatenatione profluere, etiam formalis est ratio ob quam Natura, tanquam Machi considerari debeat: nam determinatio, quæ ex continuo cursu Dei, vel Entis extra Naturam existentis, de qua alii lo- tur, proflueret, apprime distinguenda est à determinatione quæ

*infiniti potentiaz, sapientiaz, nec non durationi &c.* Entis summe perfecti adscribere, utpote considerando summam perfectionem in tali infinitate ex parte sitam esse, verba hæc *Attributa operari secundum perfectionem suæ essentiæ*, quæ in Propositione occurunt, absolute pugnant cum infinitate hoc sensu acceptâ: Infinita enim *Attributa*, hoc sensu, nullo modo *secundum perfectionem suæ essentiæ* hoc est, infinitatem, *operari* possunt: quoniam operatio semper determinata est: Atque adeò vox *Infiniti* à nostro Philosopho alio sensu accipi debet, quando ea Enti summe perfecto, de quo locutus est, ab ipso attribuitur, si Propositio nostra alicujus momenti futura, & proposito nostro conductura sit.

Ut igitur ostendamus quo sensu voce *infiniti* Philosophus noster aatur, deducendum id esse videtur ex remotione infinitatis, respectu augmentationis, de qua locuti sumus: & in qua nulla per-  
tatio considerari potest, nam quia vi istius remotionis sequitur, mod respectu hujus infinitatis, quo sensu à Philosopho nostro usurpatur, nec multitudo, nec paucitas, nec quantitas, nec magis, nec minus, nec prius, nec posterius, considerari potest; utpote quæ omnibus hisce viis comparari nequeat, quoniam omnes augmentationes, sive augmentata quælibet, à majori determinantur: idcirco ab altera parte sequitur, illud solum ab infinitum vocari, quod, vi hujus remotionis, ut oppositum præ-  
sentis succedit; atque hoc ipsum est Ens quod à majori ente non determinatur, sed quod determinationem suam, quia ex necessitate suæ naturæ operatur, ex sui ipsius essentia, sive per essen-  
tiam suam, accipit.

Vocem hanc infiniti è modo à Philosopho nostro usurpari, nino liquet, tam ex ipsius notis metaphysicis Cogitationis, quam natura rei, & Thesios suæ, quo circa igitur verba propositionis træ, nimirum, *Attributa operari secundum perfectionem essentiæ*, hoc est, secundum infinitatem suam, quam rectissime ad rem respondent; quoniam formalis ratio infinitatis est, quod Ens cuius natura adscribitur, à majori ente non determinatur, sed quod determinationem suam, quia ex necessitate suæ naturæ operatur, perfectione propriæ essentiæ accipit.

et infinito modo, at respectu ad se invicem, plurifarie, aut in quamplurimis determinatis modificationibus, debere considerari: quocirca igitur per consequens, loquendo de simplici infinito modo, respectu Entis summe perfecti, & loquendo de quamplurimis determinatis modificationibus, sive modis respectu ad se invicem, de una eademque re locutum fuisse certum est: atque hec vera est ratio propter quam hec transgressio legitime facta sit; quia mne id quod de omnibus modificationibus simul consideratis, firmari potest & debet, id ipsum etiam de simplici infinito modo affirmari possit & debeat.

Ob hanc rationem: ad omnem amovendam confusionem, hic iam notandum est; verba hæc *necessaria existentia*, quæ omnibus possibilibus Modificationibus adscribuntur, non esse acciēda, ac si iis significare vellemus. Modifications necessariæ existentiæ esse, quatenus ex, per concatenationem causarum, ex principio necessitatis, aliquando emanarent. Nequaquam. Ejus modi enim necessariæ existentia Modificationum necessario requiriatur, in rerum natura talem naturalium causarum processum est per quem uno tempore aliæ causæ & modifications existent, quam alio: atque sic per singulares mutationes procedere in infinitum: unde porrò sequeretur, in rerum natura Ens unum perfectum non posse existere; quod absolute pugnat cum posito hujus Demonstrationis, vel cum sententia nostri Philippi: & hac de causa ista verba intelligenda sunt, tanquam significantia, omnes possibles Modifications semper existere; & concatenationem causarum ex principio naturæ tanquam ex Machina emanantem, de qua loquimur, non progredientem, sed circum processum constituere: Exempli gratia, quando necessarium motum, & quidem in progressione, consideramus, nūnquam potest ille motus, tanquam perfectus motus considerari, semper progradientur ab uno ad aliud, & nunquam perfectio attingit: Sed si motum circularem nobis proponamus, is per perfectus est, utpote qui semper uniformis ac idem sit. Item plane modo processus circularis, in Machina Naturæ, resu procedentis concatenationis modificationum, considerari debet,

ex ejus essentia emanat, etiam necessario existit, necessario sequitur omnes modificationes non alio modo, quam in circulari processu considerari posse.

### D E M O N S T R A T I O.

**Q**uia possibles Modificationes (per Definit. 1.) quatenus existentes essentiae sunt, ex essentia Naturæ per ejus naturationem, hoc est, per Attributorum operationem, de qua locuti fuimus emanant, & quia (per Propositi. 4.) Attributa Naturæ secundum perfectionem suæ naturæ operantur, hoc est naturant, dcirco etiam verum est, omnes possibles Modificationes esse necessariæ existentiae: Et hoc denique demonstrare intendebamus.

### A L I T E R.

**S**i negetur, ex ea negatione sequetur, operationem sive naturationem, per quam aliqua Modificatio, tanquam per proximam suam causam, suam existentiam accipit, in rerum natura non existere; si enim ea existeret, etiam illa Modificatio existet. Quoniam igitur inde sequitur, eam operationem, vel naturationem in rerum natura non existere, sequitur etiam Attributum Naturæ, ex cuius essentia illa operatio emanat, secundum perfectionem suæ essentiae non operari: quod absolute pugnat m 3 & 4 Propositione, in quibus demonstravimus, Naturam, tanquam Machinam ex necessitate suæ essentiae operari; ac propria Attributa Naturæ, quatenus operantur, semper secundum perfectionem suæ naturæ operari: Atque adeò, quoniam illæ propositiones ex nostro supposito, irrefragabilis veritatis sunt, tam verum est, omnes possibles Modificationes semper existere: que hoc demonstrare nostrum fuit intentum.

Postquam igitur huc usque intellexerimus, quomodo nobis Nam, tam respectu suæ existentie, & essentiæ suorum non modificationum, sive absolutorum Attributorum, quam respectu essentiæ modificationum eorum; ut & respectu existentiæ omnium istarum entiarum simul, ob oculos ponere vel quomodo eam concipere eamus; nunc præterea investigare atque ostendere animus est, pacto illa Attributa, eorumque Modificationes ulterius nobis consideranda sint.

gitatione considerari debeat esse vel consistere in simplici visione, cuius essentia, quatenus visio est, tanquam non modificatum Attributum, & idex tanquam determinationes in illa visione considerari debent. Nam quia visio nulli modificationi vel determinationi subjecta est, nisi tantum per ideas; & quia ideae non possunt esse modificationes sive determinationes, quam visionis; & ruria etiam visio ex sua natura non videtur posse existere, nisi aliud ideae ex essentia visionis emanent; ideo cogitatio, tanquam complex visio, quae per ideas determinatur, consideranda est.

Postquam itaque demonstraverimus, ac etiam ostenderimus, ualem de natura, si Deus sit, conceptum formare atque nobis exhibere debeamus; nec non ex locis ex Tractatu, quem refellimus, adductis ob oculos posuerimus convenientiam Sententiarum nostri Philosophi cum demonstratis: jam nos conferre volumus considerationem aliquorum, quae præter allata, respectu istius Tractatus, proprius ad rem faciunt, ut adhuc clarius ejus naturam constitutionemque perspicere atque intelligere queamus. Primum quod notabimus, omnes illas Dissertationes, quas Philosophus noster ex Authoritate S. Scripturæ instituit, concernet.

Secundo inquiremus, num in hoc Tractatu sufficientia arguenda, ad adstruendum, Deum esse Naturam, vel ejusmodi universalem rerum naturalium determinationem, reperiantur.

Atque hæc persequi, antequam nos ad probandum, Naturam effectum, accingamus, consultum duximus, partim quia disputatione nostra recidit ad altius principium, quam id de quo prius stigiis nostri Authoris insisterentes, egimus: partim ut quilibet disputationem memorati Tractatus in omnibus singulisque ejus artibus clare atque distincte perciperet, sibique simul contrarium itate extra omnem dubitationis aleam esse posita persuaderet. Quantum ad Dissertationes attinet, quae à nostro Philosopho Scripturæ authoritati impositæ sunt, jam antea intelleximus, seduntaxat inservire ad probandum, Theologiam à Philosophia separandam esse, quoniam peculiaria sunt regna, & secundum naturam Philosophia, tanquam regnum veritatis, ac Theologia,

hinc est esse Dei vocem atque os , & communicare cum Deo de  
 mente ad mentem ? Profecto nihil aliud præter quam naturæ , vel  
 causarum concatenationis determinationem in se habere , & ejus  
 virtute , tanquam alicujus Machinæ rotulam , secundum ejus æter-  
 nias leges , moveri : Nihil enim aliud in natura reperitur , quam  
 læ ab ejus essentia inseparabiles determinationes . Qua igitur de  
 ausa Christus magis vox atque os Dei est ? cur magis de mente  
 ad mentem cum Deo communicavit , quam omnes alii Prophetæ ,  
 ec non omnes alii homines , tam qui ex præscripto sanæ rationis ,  
 iam qui secundum appetitus suos vivunt , tam fatui atque delirantes  
 iam sani ? Nam inter hos omnes inquit noster Philosophus pag. 175.  
 illam in statu naturali agnosco differentiam . In quibus prædicto  
 fundamento consentanea loquitur : Ratio enim clara atque in-  
 omptu est . Omnes à natura suas determinationes accepere ,  
 ergo omnes à natura suas determinationes , per concatenationem  
 causarum secundum æternas principii Necesitatis leges , accepere:  
 et igitur unus magis Dei vox atque os est , quam cæteri ? cur u-  
 s magis de mente ad mentem cum Deo communicat , quam  
 cæteri ? Hæc profecto minime quadrant . Sane ridiculum est , ejus-  
 modi jacto fundamento talia proferre atque differe , imo vero , si  
 penitus inspiciatur , luce meridiana clarius atque evidentius  
 insequitur , de ipso Christo , aut ullo alio homine , non magis  
 formari posse , eos vocem atque os Dei esse , ac de mente ad  
 mentem cum Deo communicavisse , quam , de aqua , de terra , de  
 cibis , aut ullo alio Naturæ individuo : Omnia enim suam  
 determinationem per concatenationem causarum , ex principio ne-  
 cessitatis , accepere ; & consequenter unum non magis à Dei in-  
 dictu , ejusque volitionibus ac decretis distat , quam aliud ;  
 nam in Naturæ determinationibus , Dei intellectus , Dei vo-  
 ces & Dei potestas consistit ; vel quia prædictæ determinatio-  
 nes Dei intellectum ejusque voluntatem , atque potentiam con-  
 sunt : ex quibus porrò sequitur de uno nihil aliud , quam de  
 eo , hoc respectu affirmari posse .

His jam non difficult negotio prævideo mihi oppositum iri , ho-  
 mes intellectu esse præditos , eoque omnia alia Naturæ indivi-  
 dua

nequaquam ex prælectione omnes determinationes existere faciat; sed quia omnes determinationes ex eò profluunt: etiam de uno genere, vel de uno ramo, non aliud affirmare possumus quam de altero: Nam exempli gratia, si unicum aliquod pondus non tantum omnes alicujus Horologii rotas movet, & per concatenationem rotarum, omnes in suis motibus determinat, sed præterea etiam ligneum hominem facit incedere, loqui, &c. & sic determinat, per rotarum in illo homine concatenationem: Nec non accam, ex lingo vel alia materia fabrefactam, facit mugire, &c. tique de homine non majori jure affirmare licebit ipsum intellectum, cogitationes, ratiocinationes, ac liberum voluntatis arbitrium &c. habere, quam de Horologio aut de Vacca, quamvis homo incedat, loquatur, aquæ accedat, eam hauriat, se vertat, atque sic, ne in aquam incidat, cavere videatur, ighem fuit, &c. Hæc omnia concipi possunt provenire ex diversitate concatenationis rotarum, quæ in homine plane alium in modum connectuntur atque concurrunt, quam in vacca, aut in horologio, ita ut operatio aut virtus ponderis, nec non determinatio omnibus illis unæ eademque sunt, quamvis rotæ in quolibet ciculari modo constitutæ sint. Et simili ratione existimandum est, homines non magis habere cogitationes, ratiocinationes, &c. quam cætera individua Naturæ quandoquidem determinationes, ex principiis & concatenationis causarū in omnibus unæ eademque sunt: de omnibus enim æqualiter dicendum illa per id principium terminata esse, & præter illam determinationem nihil habere. Quamvis igitur determinatio unius plane alio modo se habeat atque ostendat, quam alterius, eaque ratione motus, qui ex elecentiori, aptiori, admirabiliorique rotarum concatenatione oriuntur, cogitationes, perpersiones ratiocinationesque vulgo appellentur, attamen, si ex rei natura loquendum sit, illis rebus ibus tam mira tot rotarum concatenatio non occurrit, propriæ cogitationes denegandæ non sunt, nisi in verbis ludere velimus.

Arque hoc etiam adhuc clarius percipi potest, quando consideramus secundum ea quæ à nobis antea de monstrata atque ostens-

c, quæ hoc loco annotavimus; ab unoquoque tandem approbatum iri existimamus; imo ipsum nostrum, si sincero est animo, palam confessurum, suos nobis hac in parte recte expressos esse, atque declarbitamus: vel si in eò manus non dare, sed adhuc ter, in antecessum rogo, ut disputatio inconcuso undamento, ac firmo procedere tali possit, num in quid in rerum natura, inter jam memoratam at determinationem, circa cogitationes humanas, ostensum, per Ideas determinatas, & inter principia, ex quo cogitationes, extra has determinatae formantur, hoc est principium quod per se unum concatenationem non est determinatum, Minime sane, quoniam duo hæc sibi mutuo con-  
tra se invicem nequaquam in eodem loco ferunt, eruntamen hic nullo modo questionem decidit, ejusmodi determinatione agit, quæ per Dei vel rationis concursum fieri dicitur; sed solummodo a se principium in homine per naturalium causationem determinatum non esse, idque hac in re loquidem igitur absolute necessarium est, horum teri, nempe, vel ejusmodi esse determinationem, iibus non magis attribui posset, quod cogitent, ratiocinentur, atque eligant, quam omnibus iudicis; vel in hominibus essentiam esse, quæ ex memorata determinatione, cogitationes, ratio-  
ne electiones formet: Dicimus, si, ut affirmari inter fugere possit, eò adduceretur Philosophus ius verum esse judicaret, nos nostra argumenta trata habere, quibus statim demonstrare pos-  
non esse Ens simplex, utpote quæ diversis rea-  
tibus absolutis quæ natura atque essentia à se invi-  
nstat; Eamque propterea necessario effectum  
extra naturam existentis, quod ex sui arbitrii li-  
**Dominus & Princeps suarum actionum, illam**

iam præbent ansam quam maximam harum differ-  
entia negligendi atque contemnendi, quoniam vel ad  
eū imprudenter conscripta sunt. Etenim si ad usum  
res ut possibles considerare, utique necessario sequitur,  
considerationis vitam emendari posse; alias enim non  
est. Quod si vita emendari potest, quorū igit  
concatenatio concatenatedarum causatum secundum leges  
quas homines, tanquam rotæ alicujus Machinæ,  
et enim simili in casu locum habere nequit. Nam  
telligimus, quomodo res revera ordinatae & concatenatede  
non nullius mutationis causa in iis existit, quoniam  
us nec magis concatenatede atque determinatae sunt:  
ioniam firmum atque ratum est, eas concatenatedas &  
esse ad existendum & operandum certa ac determinata rati  
ur quoque ad usum vitæ melius esse non posse, res  
considerari, nec etiam ad usum vitæ pejus, eas ut im  
considerari: omnia enim determinata sunt, imo ipsæ  
res considerations. Ita ut ex his omnibus plene  
sit, quid de illis primis Capitibus, omnibusque illis  
ibus, quæ S. Litteras, & peculiariter obedientiam  
concernunt, sentiendum atque statuendum sit, nem  
que nullius pretii esse, quia in ipsis omnes res ut pos  
iderantur; cum tales non sint, quod sanè omnino fu  
diculum est.  
ur secundo tempus est inquirendi atque indagandi, num  
statu sufficientia argumenta ad adstruendum, Natu  
rum, vel ejusmodi universalem esse determinationem,  
ut, ne quispiam, quia non unidiquaque circumspexisse  
nique excusissimus, aliquam sibi ansam sumat cogitan  
on ad omnia, eò, quo decer, modo respondisse.  
ie consideratu dignum, quod, ut ego quidem sentio,  
, quo quis adduceretur, ut crederet, rem hanc à nostro  
ho probatam esse videri, est locus, qui Cap. vi. pag. 72.  
, ubi ejus rationes hunc in modum concinnatas legimus.  
Naturæ leges (ut jam ostendimus) ad infinita se extendunt, &  
sub

ilosophum nostrum hic confidenter atque audacter se hoc fundamentum CAP. IV. demonstrasse, unde adit, illum Christianos ludibrio habete. Probe demonstrare, ipsi cognitum perspectumque est, im optime sibi conscient est, se hoc fundamentum quam demonstrasse: nisi forte etiam pro demon-  
t suam duntaxat sententiam simpliciter exponere ; & tum se ipsum deridendum præbet.

idamentum, quod in suæ Thesios probationem sum legimus pagina 69. his verbis. *Idem etiam t ostendi, quod nimurum potentia naturæ sit ipsa divina s: divina autem potentia sit ipsissima Dei essentia, sed im libentius omitto.* Ex his autem dictis sequentia que legitime deduci, à nemine negabitur, quo-  
oc loco clare exprimit, Naturam esse Deum, quem-  
supérius vidimus. Etenim si prænotata verba n haberent, quicquid iis subjungitur, nequaquam set. At profecto non sufficit simpliciter assérere Deum, atque inde porrò deducere, illam se ad in-  
, & sub quadam specie æternitatis posse concipi : præpostere, ac plane contra naturalem ordinem ia primo demonstrasse oportuit, Naturam se ad re, atque hinc deinde deducendum atque conclu-  
, Naturam esse Deum. Etenim undenam cogni-  
is quod Natura sit Deus, nisi etiam ex eò quod Na-  
a extendat, sive quod natura omnia, quæ nihilo n se complectatur. Ac propterea, quoniam Phi-  
ex eò quod naturam esse Deum dictaverit, deducat a ta extendere, sequitur etiam hæc omnia non nisi lutas, eaque jure tanquam invalida atque infirma atque oportere.

putationem, quemadmodum id res exigit, per-  
ipus jam est, atque ordo noster postulat, ut Phi-  
n Thesin (qua statuitur, Naturam esse Deum, &  
atenationem causarum determinari, sive omnes

es Modificationes semper existere, vel necessariæ.

Atque ex his ostendimus, quod propter necessarium illud Ens naturaliter operatur, statuendum sit, non nisi Ideas existere. Ex quibus clare intelligentia causæ satisfactum fore, si ostendere queamus, simplex non esse, aut omnes possibles differentes semper existere; Nam si horum prænotatorum alitostendatur, illico sequetur, Naturam Ens summè consequenter necessariæ existentiaz non esse: Unde theorem consequentiam illa, tanquam effectum, vel extra naturam existentis, consideranda erit. mo ex ipso Authoris Tractatu demonstramus, jam aturam non esse Ens absolute perfectum: sed proportionem effectum, vel creaturam, hoc modo pro-

### P O S T U L A T A

et Lector, diversitatem, quæ est inter Definitionis Naturaz, quæ hac in Demonstratione occurrit, quam in præcedenti attulimus, solummodo oriri præcedenti Demonstratione supposuimus, Naturam, vel Ens summe perfectum: quod in hac non suppositionem intendimus ostendere, illam non esse Ens. Lector igitur hæc prænotata, ad omnem convenientem, memoria retineat.

et utrum etiam eorum, quæ in præcedenti Demonstratus ac diximus; nempe vocabulum *infiniti* duobus vi attribui, vel quia Ens illud à nullo majori ente utpote ex cuius essentia ipsa omnes determinatio- vel quia illius perfectio per augmentationem, aut em, attingi nequit, utpote quod infinitum est, ratio- nis suaz essentiaz & attributorum. Ratio; propter iuria repentina atque consideranda sint, est, quia id in hac Demonstratione juxta diversam Vocis *In- onem*, etiam diversimode considerari atque defini-

## AXIOMATA.

**i**d determinatum est ad existendum & operandum  
& determinata ratione , etiam determinatum est  
oprietatibus.

*quoniam hactenus decisum non est, An Creatio facta fuerit,  
et abhuc in dubio permanet, Num quoque principia liber-  
int, an vero secus ; non quidem recte concludi potest, quic-  
um est in essentia & proprietatibus , illud etiam determi-  
nandum & operandum certa ac determinata ratione. At-  
ributis , plenè sequitur , Quicquid determinatum est  
& operandum certa & determinata ratione , illud etiam  
st in essentia & proprietatibus ; quoniam determinatio ad  
operandum certa ac determinatione ratione , multo arctior  
determinatione est , quam in essentia & proprietatibus ; un-  
atque strictam determinationem necessario ante se requiri-  
mem in essentia & proprietatibus ; ac propterea , tanquam  
esta atque cognita , illud , Ut Axioma , à nobis hic po-*

*similis naturæ sibi addantur , quæ ex iis resultant ,  
naturæ erunt.*

## PROPOSITIO. I.

*Individua constituitur , vel consistit in individuis , quæ  
naturaliter determinata sunt , ad existendum &  
operandum , certa ac determinata ratione.*

## SCHOOLIUM.

*hac Propositio in hac Demonstratione permagni est  
ti , utpote cui soli vis ac veritas omnium sequentium  
am , ut omnem exceptionem præscindamus , solum-  
& evidenter locis , ex nostri Philosophi Tractatu  
abimus atque demonstrabimus , nequaquam dubitan-  
oc pacto omnes Dissertationes , quæ in hoc Libro huic*

PROPOSITIO. II.

*Naturæ Individua tam in essentia, quam in suis proprietatibus determinata sunt.*

DEMONSTRATIO.

omnia illa concipimus determinata ad existendum  
ndum certa ac determinata ratione, (per Proposit.  
c (per Axioma I.) plane verum atque certum est,  
Individua in essentia & proprietatibus determinata

PROPOSITIO. III.

*Natura est effectus, seu creatura.*

SCOLIUM.

ositionis veritatem duobus modis secundum dupli-  
cationem, quam de Ente summe perfecto dedimus,  
is, ut ita nulli exceptioni locus supersit.

DEMONSTRATIO.

Individua quæ Naturam constituunt, & quorum  
in essentia & proprietatibus determinatum est (per  
dent.) inter se conjuncta, per naturalium causarum  
m, nihil aliud (per Axioma II.) quam unicum  
um in essentia & proprietatibus constituant, prop-  
nitionem I. & II.) tota natura infinita respectu  
non est, nec proinde etiam Deus, sive Ens sum-  
sed econtrario effectus, utpote quæ non est exi-  
æ. Atque hoc denique demonstrandum erat.

ALIO MODO.

Proposit. I.) Natura, ejusque proprietates seu at-  
ter omnia Individua simul sumpta, quolibet suam  
ente, constituuntur, ideo Individua, quæ fuerunt,  
turæ constituerunt: Ac eadem de causa, etiam

In-

an simus, Tractatum hunc, à nobis, eò, quo oportet refutatum, atque infirmatum; nisi Philosophus s illis allatis locis plane aliud quid intelligat, quam entur. Ut, ex. grat. cum dicit, *Naturam constitui ex e omnia determinata sunt ad existendum & operandum, iata ratione:* si non intelligat, naturam ex individuali quoniam propriæ ipsius sententiæ aduersatur, natus constitui, fatemur, statui non posse, præcedente Authoris sententiam constitutam atque labet. Attamen è contrario affirmamus Librum hunc, re-Dissertationum, de quibus jam nobis sermo est, opter maximam ejus obscuritatem, in se confusum, & plane futilem atque frivolum, sed etiam ignominiale conscriptum atque compositum: Nam primo t, quæ ex sua natura vel se invicem destruant, vel t, ut ex iis Authoris mens percipi nequeat; atque iter intelligenda sint, Liber per se ipsum erit refutatio præcedentem nostram Demonstrationem: si vero intelligenda sint, vel si, simpliciter intellecta, itiæ applicari nequeant, nihilominus liber erit fulsus, quoniam ipsa jam allegata loca, & quæ sumimunt ac continent, quo solo confirmari debet intelligere unum idemque esse, Authoris sententiae hendunt neque exprimunt: ac propterea sine ulterioro posita sunt: Ita ut Liber hic, isto respectu, ma-perplexus, atque obscurus existimari debeat. Accendum, ipsum, hac ratione consideratum, ignoramus compositum esse debere. Etenim cum hic Philo-  
lit, quomodo quæstio aliqua tractanda sit, quomodo quis clare atque distincte exprimere debeat, quomodo observari queat, quomodo denique fundamonstranda sint, & quomodo ex iis progredi oportet sequitur, Ipsum Librum hunc suum tam con-sistere ordine, tam obscurum ex ambiguis & perionibus, tam infirmum respectu Demonstrationis